

ERRATA	CORRIGE
pag. 62 lin. 14 Et c. 12.	Et De Gratia Christi c. 12.
" 102 " 3 XL.	Christi
" 286 " 12 diversi	diversae.

## INDEX.

### PROLEGOMENON.

THESIS I. Gratia, prout dicitur de bono aliquo alteri collato, definitur: <i>beneficium ex benevolentia collatum citra exigentiam eius, cui confertur</i> : ad quam definitionem redit illa communis Scholasticorum: <i>donum gratis datum</i> . . . . .	1
THESIS II. Gratia creata tum in donum naturale tum in donum supernaturale dispesci potest: supernaturale tamen donum potiore iure et magis proprie gratia dicitur; ita ut ea dona in ipsa ratione gratiae specificè differant . . . . .	5
THESIS III. Ratione habita tum status sive integritatis sive lapsus creaturae rationalis, tum principii meritorii, quod proprium est alterius status, gratia supernaturalis distinguitur in <i>gratiam Dei et gratiam Christi</i> . . . . .	11
THESIS IV. Gratia supernaturalis alia est externa, alia interna. Quamvis autem non quaevis gratia interna sit in ratione entis praestantior gratia quavis externa; in ratione tamen beneficii gratia interna per se praestat externae . . . . .	13
THESIS V. Kursus gratia supernaturalis dividi debet in gratiam gratis datam et gratiam gratum facientem, quae potior est illa . . . . .	17
THESIS VI. Gratia gratum faciens alia est in habita sita et permanens, alia actualis et transiens . . . . .	19

### CAPUT I.

#### DE GRATIAE ACTUALIS NATURA.

PRAENOTANDA . . . . .	22
-----------------------	----

#### ARTICULUS I.

##### DE IIS, QUIBUS GRATIAE ACTUALIS RATIO COMPETIT.

THESIS VII. Ad gratias actuales spectant <i>mentis illustrationes</i> tum quae <i>tantum ab extrinseco</i> excitantur in nobis, tum potissimum quas operatur quoque <i>immediate Spiritus in mente nostra</i> . Ut autem huiusmodi illustratio immediata mentis existat in nobis, requiritur ex ordinaria Providentiae lege obiectum extrinsecus propositum, quod piam cogitationem determinare valeat . . . . .	23
THESIS VIII. Ad gratiam actualem spectant quoque inspirationes vo-	



luntatis tum mediatae tum immediatae atque inspirationes immediatae inter gratias actuales enumeratas principem obtinent locum . . . . . 31

THESIS IX. Gratiae actuales illustrationis et inspirationis continentur certe actibus vitalibus intellectus et voluntatis . . . . . 38

THESIS X. Actus vitales, quibus continetur gratia actualis illustrationis et inspirationis, quae principium est deliberati actus et operis boni, sunt primo quidem actus indeliberati utriusque facultatis tum vero etiam actus deliberati . . . . . 39

THESIS XI. Ex quo corollarii instar consequitur inter auxilia, quibus voluntas adiuvarur, aliqua existere, quae sint *per se efficacia* . . . . . 43

THESIS XII. Ratio gratiae actualis extendi quoque potest ad actus indeliberatos sensus et appetitus sensitivi . . . . . 44

THESIS XIII. Ratio gratiae actualis ad universam quoque providentiam externam tum positivam tum negativam, quae ad opera salutaria et ad beatitudinem homines promoventur, extendi debet . . . . . 46

ARTICULUS II.

DE VIRIBUS QUAS GRATIA ACTUALIS CONFERT.

THESIS XIV. Gratia actualis confert vires morales voluntati ad honeste agendum . . . . . 48

PARERGON. De eo, quod Deus possit specialim per gratiam . . . . . 51

THESIS XV. Tenendum est actualem gratiam nedum morales, sed physicas quoque vires addere facultatibus nostris ad actus salutes eliciendos . . . . . 54

THESIS XVI. Non demonstratur inter gratias actuales recensendas esse *qualitates* quasdam *reales*, non *vitales* et *suapte natura fluentes*, quae principium intrinsecum sint actus vitalis indeliberati supernaturalis: tenere autem licet quod actualis gratia absolvat tum actibus vitalibus tum divina operatione elevante facultatem et cum ea producente actus supernaturales . . . . . 56

ARTICULUS III.

DE GENERALI HABITUDINE GRATIAE AD VOLUNTATEM.

THESIS XVII. Constat ita addi per gratiam formaliter vires tum physicas tum morales voluntati, ut ex voluntate et gratia unum constituatur principium actus deliberati salutaris, quod est nempe voluntas elevata, illustrata, inspirata. Porro ex hoc consequitur 1) ipsum liberum arbitrium elevatum in ordine supernaturali constitui potensque effici ut in eo ordine agat secundum rationem suae naturae. Consequitur 2) concursus Dei ad actum deliberatum haberi in ordine supernaturali non secus ac in naturali, qui concursus ideo non spectat ad actum primum facultatis sed solum ad actum secundum. Consequitur 3) actum deliberatum salutarem perperam spectari ut effectum duplitem diversaeque causae, quae sint humana voluntas et gratia. Consequitur 4) actum deliberatum salutarem et totum esse vo-

luntatis agentis secundum vires gratuito acceptas et totum esse Dei elevantis et adjuvantis voluntatem. Consequitur 5) voluntatem partialem causam dici posse actus cuiuscumque salutaris, partialitate quidem non effectus, sed causae, prout ipsa cum Deo componitur, a quo gratuito elevatur et excitatur ad agendum. Quod si 6) in humana voluntate spectetur id tantum quod ipsa sibi permessa potest naturaliter et ita spectata voluntas comparetur cum gratia, sive, quod perinde est, comparetur, secum ipsa elevata, illustrata, inspirata; merito dicitur quod in ordine salutari nihil nobis, sed totum Deo referendum est in acceptis . . . . . 65

THESIS XVIII. Gratia actualis interior multipliciter dividitur, nempe in excitantem seu vocantem et adjuvantem, in operantem et cooperantem, in praevientem et subsequentem, in antecedentem et concomitantem. Quomodo vero habita ratione unius eiusdemque actus salutaris, una eademque est gratia excitans, vocans, praeveniens, operans, antecedens, ita pariter una eademque est gratia adjuvans, subsequens, cooperans, concomitans. Imo haec altera non differt a priori nisi propter differentes habitudines, quas gratia habet ad actum salutarem prout ipse ponitur aut non ponitur; re autem gratia excitans et adjuvans, gratia operans et cooperans etc. idem sunt. 73

CAPUT II.

DE GRATIA ACTUALI NECESSARIA HOMINIBUS LAPSPIS.

ARTICULUS I.

DE POTESTATE NATURAE AD ACTUS ORDINIS NATURALIS.

THESIS XIX. In ipsa natura intellectus humani positum est, ut per solas naturae vires sit ei impossibile cognoscere veritates sibi naturales omnes simul collectivae sumptas. Inest vero per se intellectui hominis lapsi potestas physica cognoscendi quaelibet veritates sibi naturales distributive acceptas tum quaelibet partiales collectiones earum. Haec autem physica potestas quoad plura intelligibilia naturalia tum in pluribus intellectibus tum in omnibus *per accidens prohibetur physice* ab actu coniunctaque et cum *impotentia quadam morali* cavendi semper errores . . . . . 85

THESIS XX. Liberum quoque arbitrium gaudet naturaliter potestate physica semper honeste agendi servandique legem naturalem; quamvis ad idem praestandum impotentia quadam morali laboret. Ad actus vero aliquos honestos et ad aliqua praecepta legis servanda potestate tum physica tum morali liberum arbitrium est naturaliter instructum . . . . . 92

THESIS XXI. Merito proscripita est doctrina, quae statuit omne, quod agit peccator, peccatum esse et omnia opera infidelium esse peccata liberumque arbitrium sine gratiae Dei adiutorio non nisi ad peccandam valere . . . . . 99



ARTICULUS II.

QUID NATURA HUMANA PER SE SOLA NON POSSIT.

THESIS XXII. Certum est, quoties in monumentis Ecclesiasticis doctrinam reuelatam proponentibus legimus credendum esse quod bonum aliquod esse non possit in nobis vel actus aliquis fieri a nobis non possit citra auxilium gratiae, id de bonis et actibus salutaribus intelligendum esse . . . . . 113

THESIS XXIII. Cum testificatione catholica satis constet citra gratiam nihil boni et salutaris in hominibus esse posse, speciatim affirmamus gratiae quoque deberi fidem salutarem eiusdemque pium quodvis initium spiritumque precum . . . . . 120

BREVIS SYNOPSIS HISTORICA ERRORUM PELAGIANORUM CIRCA GRATIAM . . . . . 127

THESIS XXIV. Necessitas gratiae actualis ad agendum sicut oportet certa a Patribus contra pelagianos, est necessitas non solum moralis, sed physica et absoluta . . . . . 167

THESIS XXV. Ex qua doctrina Patrum consequitur actus salutare esse intrinsece h. e. entitate sua supernaturales . . . . . 182

THESIS XXVI. Eandem doctrinam necessitatis gratiae, quae seculo V. a Patribus contra pelagianos propugnata est, iam Patres praecedentium seculorum in Oriente et Occidente continenter tradiderunt . . . . . 192

THESIS XXVII. Gratia porro necessaria ad salutariter agendum his, qui necdum sunt conversi ad Deum et quovis habitu supernaturali carent, est gratia duplex interior immediata, nempe illustrationis mentis et inspirationis voluntatis . . . . . 197

THESIS XXVIII. Ut tandem de necessitate gratiae actualis pro iustis quoque disseramus, primum advertendum est quod cum gratia praeveniens dicitur necessaria ad omnes actus salutare, non ex ipso dicitur quod ad singulos actus nova gratia praeveniens sit necessaria. Tenendum est porro quod iustis quoque ad omnes eorum actus salutare necessaria est gratia actualis praeveniens et adiuvans tum illustrationis tum inspirationis; licet non prorsus eodem modo ac illis, qui habitibus supernaturalibus sunt destituti . . . . . 208

BREVIS SYNOPSIS HISTORICA DE IMPECCANTIA ET APATHIA PELAGIANA . . . . . 214

THESIS XXIX. Praestituto Tridentinae Synodi Sess. VI. Canone 23<sup>o</sup> hominem iustificatum non posse in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali privilegio, collata quoque Patrum haec super re contra pelagianos doctrina, tenendum est 1) iustos generationem non vitare toto vitae tempore, nisi per accidens sit admodum breve, peccata omnia venialia. Nominis autem peccati venialis ea quoque peccata intelligenda sunt, quae cum imperfecta deliberatione et ex subreptione, ut aiunt, admittuntur. Tenendum est 2) impotentiam quandam antecedentem, licet tantummodo moralem, inesse iustis ad ea peccata semper vitanda. Porro huius impotentiae ratio petenda videtur ex infirmitate naturae sive defectu integritatis. Quare

necessarium est speciale privilegium quod ulli alteri, praeter immaculatam Deiparam, non certo constat fuisse concessum . . . . . 228

APPENDIX

DE SENTENTIA AUGUSTINI CIRCA NECESSITATEM GRATIAE ACTUALIS IN STATU INTEGRITATIS

Etsi in quaestione pelagiana de gratiae necessitate haec Augustinus tradiderit, nimirum 1) tolerabilem futuram sententiam Pelagii de potestate liberi arbitrii, si de natura integra quaestio esset; 2) hoc enim discrimen esse inter protoparentes integros hominesque lapsos, quod ii in viribus liberi arbitrii haberent perseverare si vellent, hi non nisi a gratia hanc potestatem nanciscantur; 3) neque primum hominem gratia eguisse ut bonum reciperet; haec tamen non adversantur necessitati gratiae quam integrae quoque naturae vindicavit idem Augustinus. . . . . 243

BARBERON. De quadam sententia Ripalda. . . . . 254

CAPUT III.

DE GRATIAE ACTUALIS GRATUITATE ET DE PRAEPARATIONE AD GRATIAM.

THESIS XXX. Distincto merito operis condigno et congruo, docemus nullum esse posse in natura meritum, quo gratia comparetur atque utrumque pariter meritum naturae condignum et congruum a Patribus fuisse reiectum . . . . . 268

THESIS XXXI. Negandum est quoque naturam viribus suis posse sibi positivam dispositionem ad gratiam comparare . . . . . 278

THESIS XXXII. Neque precibus naturae adseri potest vis impetratoria gratiae, ratione saltem habitus huius, in quo versamur, providentiae ordinis . . . . . 280

THESIS XXXIII. Calumnia est plurimos graecos Patres et nominatim Chrysostomum primas partes in ordine salutis tribuisse naturae et idcirco gratiam merito cuidam naturae congruo rependi affirmasse. 285

THESIS XXXIV. Etsi illius theologi effati: *Facienti quod in se est Deus non denegat gratiam*, interpretatio, quae statuit *facientem quod in se est viribus naturae, se disponere negativa dispositione ad gratiam*, permitti possit tanquam non derogans dignitati gratiae; attamen animadvertendum censemus, certum non esse quod quidam contendunt, nimirum interpretationem eandem a veteribus scholasticis Theologis per plura secula fuisse actu usurpatam . . . . . 297

THESIS XXXV. Gratuitas gratiae optime componitur cum impetratione et meritis ope praecedentis gratiae comparatis . . . . . 310

THESIS XXXVI. Formalis perseverantia, licet sit per gratiam, quae ex divina ordinatione ipsis debetur, in potestate omnium iustorum; est



tamen adhuc donum Dei, distinctum a donis tum iustificationis tum illius potestatis divinitus collatae, ideoque denam speciale atque est donum iustis gratuitum; quod tamen iustus potest suppliciter emereri. 313

CAPUT IV.

DE GRATIAE ACTUALIS EFFICACIA.

ARTICULUS I.

SYNOPSIS HISTORICA CONTROVERSIAE PATRES INTER ET MASSILIENSES.

Historiae adumbratio . . . . . 327

THESIS XXXVII. Massilienses negarunt ad salutem fidei initium necessariam esse gratiam interiorum immediatam praevenienciam . . . . . 338

THESIS XXXVIII. Gratia, quam Massilienses ad cetera opera necessariam fassi sunt, si in se spectetur prout est auxilium ad operandum, est illa eadem gratia, quam Augustinus contra pelagianos defendit . . . . . 351

ARTICULUS II.

CONTROVERSIA CIRCA GRATIAE EFFICACIAM.

§ I.

Controversia cum haereticis.

THESIS XXXIX. Haeretica est sententia, quae statuit ita voluntatem humanam per gratiam Dei antecedenter moveri, ut libertate indifferenciae sub eadem gratia sit destituta . . . . . 354

THESIS XL. Sententia Iansenii: gratiam Dei ita esse efficacem, ut inter ipsam et libertatem existat habitus hinc quidem delectationis indeliberatae praeveniencis victicis, inde autem voluntatis victicae et ad unum insuperabiliter determinatae, qua parte statuit gratiam necessitatem inferentem, haeretica est nec a praecedente differt; quatenus vero gratiam, quae necessitatem infert, in delectatione collocat, falsa est . . . . . 363

THESIS XLI. Haeretica est idea divinae gratiae, quam Quesnellus systema Iansenii emendaturus tradidit, ut sit nempe ipsa omnipotens Dei voluntas vel operatio manus sive voluntatis Dei omnipotentis . . . . . 370

THESIS XLII. Inepte vero ad plures Scripturarum locutiones provocant haeretici, ut suam haeresim tueantur . . . . . 374

THESIS XLIII. Perperam ex iis, quae pelagiani ac massilienses contra Augustini doctrinam obieciunt atque ex difficultate, quam ipse Augustinus se experiri fatebatur in conciliando utroque dogmate libertatis et gratiae, colligunt haeretici sententiam, quam ipsi defendunt, esse ipsam Augustini doctrinam . . . . . 377

THESIS XLIV. Neque proficiunt magis afferentes doctrinam Augustini, qua traditur et explicatur sive gratiam operari ipsum velle, facere

ut velimus, dare bonam voluntatem, dare omnia merita, totum esse gratiae, sive gratiam esse, quae nos discernit et opus bonum non esse volentis aut currentis, sed miserentis Dei, sive gratiam esse omnipotentissimam, efficacissimam, insuperabilem, indeclinabilem et a nullo duro corde respul. Frustra quoque contendunt formulas esse a Patribus reprobatae eas, quae probandae sunt iis, qui gratiam calvinianam et iansenianam reiiciunt . . . . . 382

THESIS XLV. Inscite quoque Iansenius abutitur Augustini doctrina in Expositione Epistolae ad Galatas: *quod amplius nos delectat secundum id operetur necesse est* atque appellatione *victicis* facta gratiae, ut evincat a maiori delectatione voluntatis consensum necessario extorqueri . . . . . 392

THESIS XLVI. Falsa est doctrina, quam Iansenius asserit, enarrans distinctionem ab Augustino (De Correp. et Grat. c. 10. 11. 12.) traditam duplicis adiutorii, nempe *adiutorii sine quo non et adiutorii quo*; falsaque est pariter interpretatio ab eodem Iansenio adhibita iis Augustini locis. Porro declarata primum doctrina prioribus illius libri capitulis comprehensa, docemus utrumque adiutorium esse gratiam perseverandi, *adiutorium* quidem *sine quo non* ex habitualibus donis et gratis actualibus coalescens praehauisse Adamo ad modum causae efficientis potestatem perseverandi, *adiutorium* vero *quo esse gratiarum seriem* sive divinam providentiam erga sanctos complectentem tum interiores gratias tum exteriores et quidquid ad salutem praedestinati confert ipsamque perseverantiam passivam, qua providentia ita iustus regitur, ut tandem actu perseveret. Discrimina autem ab Augustino statuta inter utramque adiutorium nullam rationem sufficientem suppeditant asserendi ex Augustini sententia gratiam ex se determinantem voluntatem perseverandi in iis, qui perseverant . . . . . 397

THESIS XLVII. Gratia omnis potestatem tribuens operandi est vere *sufficiens* ad id propter quod datur, sive operatio consequatur sive non. Pariter gratia omnis est *efficax*, si efficax illud dicatur, ut merito dicitur, quod potest aliquid efficere. Quia vero non omnis gratia suum sortitur effectum, ideo ratione habita termini sive effectus, qui adest vel abest, gratia dividitur in sufficientem et efficacem; ut efficax vocetur illa, quae *efficiens est*, seu cum effectu coniuncta est, sufficiens, quae licet potestatem antecedentem et completam tribuat operandi, cum effectu tamen non coniungitur. Huius realis divisionis affirmatio eo spectat, ut statuatur non eas solas a Deo hominibus lapsis dari gratias, quae sint cum effectu coniunctae, sed alias quoque a Deo conferri, quae potestatem quidem antecedentem et completam ad agendum tribuant, suo tamen effectu, ex hominis arbitrio, sint destitutae ideoque gratiae Dei posse resisti. Quae quidem est doctrina, quam contra haereticos catholica adserit Ecclesia. . . . . 415

THESIS XLVIII. Ut gratiae pure sufficientis doctrina catholica impugnetur, frustra obicitur 1) quod Augustinus aliam gratiam non agnovit nisi efficacem sive praeter hanc non agnovit nisi natu-



ralem possibilitatem pelagianam, quod docuerit gratiam Dei a nullo duro corde respai negaveritque gratiam Dei omnibus dari, 2) quod idem censuerit frequenter gratiam deesse, qua tentationes superari ac praecepta servari possint. Frustra obicitur quoque 3) doceri nos ab Ecclesia petere a Deo non solam potestatem, sed actum bonum, 4) gratiam esse, quae discernit, 5) bene operantibus conferri beneficium quod non operantibus non confertur ac tandem 6) monstri similem esse eam gratiam, quae nunquam aliquid facit . . . . . 425

§ II.

Controversia inter scholasticos.

- THESIS XLIX. Sunt qui putant gratiam efficacem, per quam Deus praestat ut velimus, esse motionem Dei in voluntate receptam eamque praeiviam prioritate saltem naturae ad actum secundum, quae ex ipsa sua natura sit efficax ita, ut eam necessario necessitate consequentiae sequatur voluntatis consensus atque ita necessario sequatur, ut quavis voluntas libere vere agat, attamen contradictionem implicet ea gratia praeparari voluntatem eandemque voluntatem ei gratiae non consentire. Quare gratia haec est physice et per modum actus primi praedeterminans voluntatem; licet a quibusdam ex illis theologis non satis cohaerenter dicatur ea pertinere ad actum secundum. Hanc porro gratiam necessariam esse contendunt ut bonus actus voluntatis existat, adeo ut impossibile sit eam abesse et haberi consensum Deo vocanti. Iam vero theologice de hac re disputantes affirmandum censensus huiusmodi gratiam, quae praevinit consensum voluntatis eumque necessario infert ut repugnet dissensus quaeque necessaria est ut sit actus bonus, adversari doctrinae, quae ex Scripturae testimoniis, eorum analysi instituta, colligi rite potest, non posse componi cum definitione tridentina: *hominem a Deo motum et excitatum posse obicere gratiam Dei, posse dissentire, si velit*, tollere e medio libertatem et gratiam sufficientem, tandem gratiae conceptum pervertere . . . . . 439
- THESIS L. Omissa, quia non amplius necessaria, responsione ad argumenta quae ex testimoniis Scripturarum petuntur, ad Augustinum quod spectat, cui praecepta vel unice ex Patribus innotuitur Thomistae, docemus Augustinum eam tradere notionem gratiae, quae theoriam gratiae physice praedeterminantis procul excludat . . . . . 465
- THESIS LI. Ex principio philosophico, cui sententia gratiae praedeterminantis innotuit, petio ex dignitate causae primae, necessario consequitur Deum praedeterminare ad entitatem actus mali, quod nequit admitti. Porro falsum est a dignitate causae primae exigi ut ipsa praedeterminet causas secundas falsumque est magis, si causae secundae sicut causae liberae . . . . . 474
- THESIS LII. Alterum principium philosophicum, cui doctrina gratiae praedeterminantis innotuit: nempe voluntatem, utpote facultatem in-

- differentem, indigere determinatione accepta ab alio, si eo intelligatur sensu, quo in hac quaestione adhiberi solet, infert libertatis interemptionem et est ideoque prosum falsum . . . . . 479
- THESIS LIII. Immerito tandem Thomistae obiciunt nobis doctrinam s. Thomae, qui alienus satis apparet ab eorum commentis . . . . . 482
- THESIS LIV. Isdem pene omnibus argumentis hactenus allatis relicendum censensus quoque systema illud circa gratiam, quod Augustinianum audit . . . . . 488
- THESIS LV. Suppositis principis fidei in hac materia: gratiam nempe interiorum praevincire et adjuvare nostram voluntatem, omnium actuum salutarium principium esse gratiam Dei, gratiam Dei vere sufficientem dari, liberum arbitrium integrum manere sub gratia gratiamque Dei abicere posse seu Dei gratiae resistere: ita doctrinam catholicam hanc explicandam censemus. Nimirum gratia, qua formaliter voluntas constituitur elevata, illustrata, inspirata, ex se ipsa efficaciam habet tum physicam, supernaturales conferendo vires, tum moralem, ad opus bonum, ut par est, praeparando voluntatem: quae efficacia est *efficacia virtutis* et a divina omnipotentia ac sapientia pendet. *Connexio vero gratiae cum actu bono* determinatur exercitio liberi arbitrii, non quidem naturaliter agentis, sed elevati: quod proinde non nisi per vires gratiae consentit, dum posset per naturae vires dissentire. Quare *efficacia connexionis* gratiae cum effectu utrumque elementum complectitur, efficaciam nempe virtutis propriam gratiae liberique arbitrii determinationem. Porro gratia, quae effectum obtinet, dicitur secundum Augustinum congrua, eius vero congruitas in actu primo opus non est ut affirmetur . . . . . 492
- THESIS LVI. Infallibilis proinde conexio futura gratiae, si haec datur, cum bono opere non est adaequate petenda ex *efficacia virtutis* gratiae et ex divina omnipotentia, sed ea supposita, *formaliter* petenda est ex divina praesentia, quae noscit quid sub qualibet gratia actura sit voluntas creata, si ea gratia ipsi donetur. Quare singulare est Dei beneficium quod Deus misericorditer ita hominem vocet, quomodo scit ei congruere ut vocantem non respuat. Congruitas vero gratiae prout talis est et infallibiliter talis futura cognoscitur, est sita proprie in eiusdem vi morali . . . . . 498
- THESIS LVII. Quam non modo bene agendi facultas, sed ipse bonus actus et consensus voluntatis a gratia pendat, si fiat, quippe qui est a voluntate non per se sed per gratiam praeparata ut fiat: pronum est colligere, eum, qui bene operatur, nihil habere quod non accepit Deumque esse qui illum discernit . . . . . 503
- THESIS LVIII. Talis autem explicatio doctrinae catholicae idoneis fundamentis innotuit . . . . . 504

CAPUT V.



- THESIS LIX. Nulla Dei praecepta hominibus iustis volentibus et eonantibus secundum praesentes, quas habent, vires, sunt impossibilia: praesto quoque illis est semper gratia necessaria, qua possibilia fiant. Fidelibus etiam peccatoribus gratia tribuitur ad praecavenda peccata et gratia pro opportunitate necessaria ut ad iustitiae statum redire valeant . . . . . 509
- THESIS LX. Nemo est in hac vita adeo obstinatus in malo, ut quavis gratia sufficiente ad respiscendum et salutem consequendam sit destitutus . . . . . 523
- THESIS LXI. Nullis hominibus adultis vel infidelibus media opportuna aut gratiae sufficientes negantur, quibus ad agnitionem valeant venire veritatis salutemque tandem obtinere . . . . . 530
- THESIS LXII. Quamvis Deus nemini neget auxilia sufficientia ad salutem assequendam, non eandem tamen est quoad singulos distributio gratiarum. Huius autem diversae distributionis ratio in inscrutabilibus iudiciis Dei, apud quem nulla est iniquitas, latet in eaque diversa distributione positum est mysterium praedestinationis . . . . . 537



**GOSVINVS VAN HEYST**

*Praefectus Provinciae Neerlandicae Soc. Iesu.*

Cum Opus, cui titulus *Tractatus de Gratia actuali etc.* a P. Dominico Palmieri sacerdote nostrae Societatis conscriptum, quatuor eiusdem Societatis Theologi, quibus id commisimus, recognoverint et in lucem edi posse probaverint, facultatem facimus ut typis mandetur, si iis, ad quos pertinet, ita quoque videbitur. In cuius rei fidem has literas manu nostra subscriptas et nostro sigillo munitas dedimus.

HAGAE COMITIS XVII. Kal. Octobris 1884.  
*L. S.*

**IMPRIMATUR.**

J. M. SCHOLTIS, PAR. ET DEC.  
*ad hoc delegatus.*

*Galopiae IV. Idus Februarii 1885.*





